

n. 105: Über den Mönch J. des Klosters Vezelay, der nach Übertritt in einen andern Orden zurückgekehrt ist, aber trotz einem auf päpstliches Mandat gefertigten Briefe des Pönitentiars R. von dem Orden zurückgefordert wird.

Accedens ad sedem apostolicam J. monachus lator presencium humiliter proposuit, quod cum in Verziliaco monasterio vinculo professionis esset astrictus bis ad ordinem vestrum se transtulit, sui abbatis licencia non petita. Verum cum observancie vestre ferre non posset [rigorem]^a, ad monasterium rediit sic dimissum. Vos autem, ut asserit, ipsum instanter repetitis occasione cuiusdam indulgencie ab apostolica sede impetrate, per quam in ordine vestro professi absque priorum suorum assensu ad aliud transire non possunt. Ceterum licet idem ad vos dilecti in Christo R. penitenciarum domini pape de ipsius domini speciali mandato ad vos litteras reportaverit, inde circa ipsum, ut dicit, vestre repetitionis instancia non quiescit, quinimo eum apud alios excommunicationis denunciatione notatis. Preterea quidam^b procurator monasterii supradicti, quod eiusdem^c indulgencie non extendebatur auctoritas ad illos, qui se primo vinculo monastice regule astrinxerunt, est contestatus^d.

Nos autem statum vestri ordinis sincero zelantes affectu^e, prefatum monachum ad vos duximus remittendum, ut ipso de vestra prudencia in memorato monasterio remanente causa^f allegata indulgencie viribus careat, quatinus^g contempti prelati reverencie satisfiat; et forsitan expediret ordinis vestri honori, ut tales quererent potius^h quam quererentur.

n. 111: Schreiber schickt dem Empfänger den erbetenen und mit Mühe erlangten Brief.

Impetravi, licet cum difficultate, litteras, quas petistis, et ecce mittuntur per latorem presencium, scientes^a, quod propter honorem, quem michi fecistis^b, tum propter bonitatem patris et matris vestre in hiis et in aliis, que contingent, libenter assisto; et utinam sic vobis possem possibilitatis facultate placere, ut affectus prompte voluntatis exquirat.

105. ^a) So etwa zu ergänzen.

^b) quid mit Abkürzungshaken R.

^c) eiusdam R

^d) So etwa aufzulösen die con-Abkürzung mit dem

us-Bogen R?

^e) effectu R

^f) korr. aus cause R

^g) q(uam) R

^h) po potius R

111. ^a) Vgl. oben S. 528.

^b) folgt cum getilgt R